



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Helenvs. C. 17. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

194 VITÆ SANCTORVM. 17. April.

spiritum. Sed apud mortuum quoque medicinam
morbidi quæsiverunt, & verò repererunt, Epile-
ptici præcipue, non ignari expertum mali hujus
medicum se accedere. Ex Ferrar,

*Quid infirmius homine, quem sensus fallit, igno-
rantia decipit, circuvenit judicium, pompa ledit,
tempus deserit, mutat atas, hebetat infantia, ju-
ventus precipitat, senectus frangit? S. Pet. Chrys.
serm. 45.*

S. HELENVS. C. 17. Aprilis.

Fugiendum est citò, quod nocet citò. Sapuit
isto maturè HELENVS consilio, & è mundo
priùs quàm pueritiâ exiit, tutiùs inter feras, quàm
homines vicerunt. Iejunia producenti cacodæmon
escas obtrusit; sed HELENVS & cocum & dapife-
rum aspernatus cum Cælo quàm Orco prandere
maluit; mox enim Angeli, ut Christo quondam
dapes esurienti ministrarunt. Tanto deinde prom-
priùs ipse quoque per longa itinerum spatia aliis
prandia ferre, & si oneri succubuisse, onagris ea
imponere, nil repugnantibus pigerrimis alioquin
animantium. Neque jam solum onera illius alii,
sed ipsum etiam HELENVM, cùm Mystam sacrificij
caussâ accenseret, per amicū crocodilus transuexit;
adè sanctitati obtemperant omnia.. Discipulo
ejus cùm Orci minister libidinis faces admovere-
ret, incendiarium HELENVS ad tantas rededit an-
gustias, ut extra circulum, quem in arenâ scipie-
descriperat, ne latum quidem unguem aut ungu-
lam ponete sit ausus, donec turpe incendium ex-
tingueret. Illud etiam memorabile, quòd illesus
ignem calcárit, Ut Zaream Hæreticam falsitatis
argueret, qui perfidiam suam per flammas probare
non ausus, Catholicæ Religionis, ut veri aurum, pre-
mium.

April.
inam
Epile-
hujus
igno-
edit,
, ju-
hryl.

apuit
undo
quam
emon
pife-
ndere
ndam
rom-
aliis
is ea
quin
alini,
fificij
exir;
ipulo
ove-
t an-
biene
ngu-
n ex-
læsus
itatis
bare
pre-
tium.

78. April. VITÆ SANCTORVM. 195
tium auxit. His facinoribus HELENVS Heliopolitanam primum mitram, deinde æternitatis coronam meruit. Ex vits PP.

Si vis animam tuam in sue virginitatis integritate persistere, aures & oculos à negotiorum secularium vanitate firmiter obstrue, carnalium hominum colloquia destructioni magis quam adificationi profutura contemne, nam qui tangit piceam, inquinabitur ab eâ. S. Pet. Dam. Op. XII.

S. V R S M A R V S C. 18. Aprilis.

Quo tempore mater gravem VRSMARO ferebat uterum, venerandâ fortè canitie senex per visum asticit, puerulumque, manu gestatum ejus curæ commendavit. Excusanti annionæ difficultatem panem candidum porrexit, novo mox inter manus auctu grandescentem; prodigijque rationem ad nascituræ prolis doctrinam retulit, cum annis ad multorum mortalium emolumenta amplificandam. Simul monstravit enitentem in sublime filiolum per seclata cælo insertam. Præsagio fidem adstruxit vita cœlitibus quam hominibus proprior: nam Episcopus tempore succedente creatus, novem annis à pane humano temperavit, reliqui cibi tam modicus, ut validæ membrorum vocilque vites haud immeitò miraculi inflarobtinerent. Dæmones frequenter injustâ corporum humanorum possessione dejecit: metu lemurum inseitas ædes aquâ lustrali solvit: morbos curationum fines egressos divinâ sanatione depulit. Potrò charitas servandorumque mortaliū studium in eminentissimum virtutis fastigium assurrexit, cum esset quotidie cuiusvis hominis salutem sanguine vitaque recuperare paratus.